

2369

A S C E T I C I.

2370

audiui ab vno scito fratre minori. Extat ille etiam in *Bibl. PP. l. cit.* ad *F. Bertholdum* directus, cuius nomen a *Cod.* nostro abest. Incipit: *Desiderasti a me frater karissime, ut aliquid scriberem tibi ad edificationem &c.* Opus vero ipsum: *Primo ergo semper debes considerare ad quid veneris &c.* *Fol. 83. p. 2.* succedit Pars altera: *Incipit formula nouiciorum eiusdem de interiori homine.* Initium: *In priori formula nouiciorum quam tibi nouicio scripsi &c.* Extat *Bibl. PP. suprac. p. 881.* Utramque retulimus etiam alibi.

VI. fol. 113. Tractatus de horis Canonicis utilis et bonus pro clericis. Incipit: *Septies in Die laudem dixi tibi. In psalmo. Quamuis Deus in omni tempore a nobis sit laudandus &c.* An ad *Henricum de Hassia* referendus sit, dubium movimus *Cod. DLXXX.* Ceterum jam etiam *Codd.* aliis adlatus.

*Fuerunt duo socij in habitu claustrali.
Qui omne tempus ocij feruore spiritali
Redimentes dulciter deo seruibant.
Cuius iugum iugiter cum gaudio ferebant.
De rebus spiritalibus crebro colloquuntur.
Studijsque talibus mutuo pascuntur &c.*

Rogat igitur Junior Seniore, ut materiam supra dictam auspiceretur, quem et consentientem habet.

*Deo dante faciam que suggeris dilecte
Tu implora gratiam que ducat me directe &c.*

Totum Colloquium IV. *Distinctionibus* transigitur, et hunc finem habet:

Ecce

VII. fol. 120. Lectiones Libri Job, quae in Officio Defunctorum recitantur, sed loco ultimae posita est Lectio I. ad Corinth. C. XV. v. 19. Omnibus addita Expositio, et calci adiectum: *Et sic finis Deo gratias finitum in octauo pasche.*

DCXX.

Codex membraneus lat. Sec. 829
XIV. Folior. 77. 8. nitide perscriptus, rubricis distinctus et quondam *Fratrum Carthusiensium domus montis Sancti Beati prope Confluentiam* pium Opusculum dialogicum est, rhythmis inclusum, quo Amici duo *Senior* et *Junior*, interloquente etiam Christo et Virgine Deipara, hujus et Filii ejus Vitam percensent, insignitum *Speculum Amoris*, cuius *Prologum* subjicio:

2371

C O D I C E S

2372

*Ecce nostra studia uotiuue sunt completa.**Ipsi laus et gloria quem nulla claudit meta.*

Explicit Amoris Speculum. Autor mihi ignotus, qui *Speculorum* et *Speculatorum* numerum auget, quorum Catalogum texere liquis aggredereetur, non ingrati Literatoribus operam locaret.

DCXXI.

- 468 Codex partim chartaceus, partim membraneus lat. Sec. XV. Folior. 170. 4. rubricis distinctus continet sequentia: I. *Celidonei doctoris Librum de Presagijs multorum auizamentorum*, ut e calce praeoccupo. Artem grammaticam *Celidonii*, *Celdonii* seu *Cledonii Rom.* Collectioni suae inferuit *El. Putschius* ad pag. 1856. Hunc *Celidonium* eundem putat

Paul. Colomesius in not. ad *Lil. Greg. Gyraldum de Poetis* edit. Lugd. 1696. p. 295. cum *Sidonio Gram.* quodam, cujus Fragmentum de *Vocibus Animantium* erat inter Schedas *M. Zuer. Boxbornii*, ut ipse ad *Plautum* edit. 1645. p. 565. testatur, quamvis non incredibile videri queat, Librariorum imperitia *Aelium Donatum* metamorphosin in *Celidonium* subiisse. Ut ut sit, ab hoc certe diversus Noster aut ab *Hirundine* (*Χελιδων*) aut a *Coeli Donis*, quod malim, nomen sibi finxit; pietatis enim et morum Praecepta omni Hominum conditioni opportuna barbaro tamen stilo, et rhythmis fat hiulcis depromit. En initium:

*Compilavi librum de auizamentis**In trono iudicis considentis**In laudem ihesu suau omnipotentis**Ut quiuis in suis fracturis sit auizatus**Et a spiritu docibili sit compulsatus**Nam tytulus libri est de presagijs auizamentorum**Nullus maledicit libro nisi sit de numero dampnandorum &c.*

Capita in uniuersum censentur L. quorum Summaria ad calcem adiecta sunt. Multa in iis de Sacerdotibus simoniacis, de Concubi-

nariis, Quaestuariis &c. Caput 28. agit de *Fraternitate Leprosorum*, ubi inter alia:

*Verissima leprosia prouenit ex nimia luxuria**Et ex frigiditate dicit Rosarius in medicina**Leprosus facit leprosum in simili complexionem &c.*

quae